

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius**

**Sánchez, Francisco  
Schoppe, Caspar  
Perizonius, Jacobus  
Franequera, 1687**

III. Bellum

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

rationibus, *Lucum*, ab Etrusca voce deductum existimo: Etrusca enim esse nomina Varro in Originibus asserit, *Luceres*, & *Lucumnes*. Est porro Etruscis vox *Lucà*, cum accentu in ultima, (ut Talmudistæ ajunt) idem quod, *senex* sive *senator*. Et de antiquitate *Luorum*, & illorum religione, pleni sunt poetarum libri. *Templum Pici*, inquit Virgilius, *horrendum erat silvis*, & *religione parentum*, id est, *venerandum*, ut Servius exponit: sed extat apud Lucanum elegans *Luci* descriptio lib. 3.

*Lucus erat longo nunquam violatus ab ævo, &c.*

### III. BELLUM.

**B**ellum à *cunt*, quia non bellum sit. Ridet Dathus, & à *Belluis*, dici contendit, adducens illud Ciceronis *Offic. I.* Nam cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim, cuiusque proprium sit hominis illud, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore. Sed fallitur Dathus; hæc enim verba nihil quod ad etymon pertineat, probant. Accipe igitur veram sententiam. \*Antiqui, *duellum* antè dicebant, quod postea

\* *Antiqui duellum &c.*] *Varia Belli etyma* vide apud Vossium, sed qui recte censuit *Bellum* à *Du-llis* formatum, & *Duellum* porro à *Dnobus* deducit, quoniam semper in bello sint duæ partes. Possis forte non absurde item à *divello* reperere vocabuli hujus originem, ut inde sit *divellum*, sicuti & *Velus* à *Vello* est, *Tergus* & *Terrum* à *Tergeo*, vel *Tergo*: & sic deinceps elisà vocali *Duellum*, quomodo & *Dortium* pro *divortium* nonnulli dixerunt; Vide Scaligerum ad *Festum* in *V. Auram*, & quomodo *Deigo* ex *Deago*, *Plabes* ex *Plahibes*, *Prator* ex *Pratoris* Tre.

stea bellum  
ba in C  
quim quai  
estis anora  
dus, bis; f  
decut, Belli  
pelati esse  
ronis verdis  
inter duclum  
tere solebat  
ni velis di  
hea ubitatu  
Gera Barba  
Duelum; D  
bonum.

O  
broffii  
Officium  
propter

Præter ex  
limo quæ  
si & limi  
pro Rappi  
licum ex  
tate veteri  
tium Divo  
que vocaba  
tarius doc  
per quæ  
sibus, quæ  
belli velle  
eas occup  
labore libe

ista bellum vocarunt. Ciceronis hæc sunt verba in Oratore perfecto; *Quid verò licentius, quàm quod hominum etiam nomina contraherent, quæ essent aptiora? nam ut, duellum, bellum, & duis, bis; sic, Duellium, eum qui Pænos classe devicit, Bellium nominarunt, quum superiores appellari essent semper Duellii.* Ex his etiam Ciceronis verbis videre poteris Grammatistas, qui inter *duellum, & bellum*, differentiam constituere solebant, quum idem profus significent: nisi velis dicere, illud vetus, hoc autem postea usitatum. Antiquè enim dixit Horatius, *Græcia Barbariæ lento collisa duello.* Vide Festum in; *Duellum; Duicensis; Duidens hostia; Duis, Duonium, bonum.*

## IV. OFFICIUM.

**O**fficium, ajunt ab *officiendo*, quod nemini officiat, vel noceat. Hoc rectè refellit August. Dathus, ex sententia D. Ambrosii, in lib. de Officiis, dum inquit; *Officium, litera o, mutata, quasi officium dicitur, propter decorem sermonis.* Hæc ille. Donatus in Q 9 4 Adelph.

*Proles ex Proles, Copia ex Copia contracta habemus. Immo quæ propius accedunt ad hoc exemplum, sic Ducui & similia haud dubie dicta sunt pro Ducevi; Rapii pro Rapivi. Certe sic Vacuus formatum est ex Vacuus, Nocuus ex Nocivus, status ex status. Denique ne auctoritate veterum destimamur, in Glossariis Labbei invenimus Divellio πρὸς ἄμεσ, Divelliones πρὸς ἄμεσ, ἀρπαγῆ. Quæ vocabula si olim fuerunt in usu, ut sane illa Glossaria nos docent, certa pene est nostra Etymologia, utpote quum manifesta ratione inde sit formatum Perduellio, quod proprie notat crimen, quo quis tanquam hostis publicus à civitate suâ censetur divisus. Si vero eam originem habet hocce vocabulum, eandem omnino habere debuit Perduellia & Duellum.*